

CENTVRIA
DECISIONVM
PALATINARVM

Seu

RERVM IN SVPREMO DICASTERIO
Neoburgico majori ex parte judicatarum, vel
saltem in controversiam vocatarum,

*In qua celebriores quotidianiq; casus noviter nati ex Jure
Cesareo, Bavarico, ordinationibus Palatinis, & aliis
Novellis Constitutionibus resol-
vuntur,*

Authore

CASPARO MANZIO IC.
CONSILIARIO ET CANCELLARIO
AULICO NEO-PALATINO,

*Cum duplici Indice Questionum, & rerum atque
verborum*



AUGUSTÆ

Impeñsis JOANNIS VVEH Bibliopols,

7 Typis IOANNIS PRÆTORII,

ANNO M. DC. LIX.



SERENISSIMO

PRINCIPIS AC DOMINO

DOMINO

PHILIPPO WILHELMO

COMITI PALATINO RHENI, DUCI

BAVARIAE, JULIAE, CLIVIAE, MONTIUM,

COMITI IN VELDENZ, SPONHAIM, MAR-

CHIA, RAVENSBERG, ET MOERS, DO-

MINO IN RAVENSTEIN.

Principi ac Domino suo clementissimo.

 Ullum hodie Regium, vel aliud excel-
sum Tribunal fere est, SERENISSI-
ME PRINCEPS, quod non deci-
siones suas, & sententias inter par-
tes litigantes pronunciatas, publicis
typis commiserit. Idq; duplici de
causa fieri plerumq; consuevit, tum ut appareat, vi-
ros in eo loco doctos & peritos haberi, qui maturo &
perpenso iudicio controversias hominum dijudicent:
tum ut publicè omnibus ostendant, se Iustitiam juxta
legum praescripta, juxtaq; laudabiles locorum con-
suetudines, seposito omni affectu & respectu, admi-
nistrasse. Cum enim fieri non possit, ut non una vel al-
ter pars in iudicio succumbat, & causà suà cadens se
injustè



QVÆSTIO PRIMA.

An Civitas teneatur ex mutuo
quod non in utilitatem Civitatis conversum,
sed ad Drarium vel Cassam Provinciale[m] zu der
Landschafft translatum fuit?

Summaria.

1. Casus.
2. An creditor alium prater debitorem, videlicet eum, ad quem pecunia pervenit, exigere possit?
5. Vel cui proficit? 6. 34.
3. Debitor invito creditori suum debitorem denegare nequit, 37.
4. Nec actionem in solutum credere, fallit. n. 38. 39. 40.
7. Resolutio Coleri affirmativa, 11. Mevii, 13. Lauterbachii, 14. Besoldi, 44. an. & quàm authentica?
10. Prajudicia 50. 51. discussa 11. praoccupatio.
13. In remversum an & quomodo dicatur, quod alteri fuit creditum. 34. 52. 53.
15. Quid si status vel provincia se se obliget loco civitatis an liberetur civitas, 54.
16. Solvens longissimo tempore sensum indebitum, an posthac semper obligetur? 56. 57. propter diuturnam prestationem 2 58.
17. Opinio negativa, & ratio prima.
18. Civitas non obligatur, nisi pecunia in ejus utilitatem sit versa, 34.
19. Ratio Secunda.
20. Actio contra alium, quàm cui creditum est, non datur.
21. Nisi cootemplatione alterius creditum fuerit.